

et scripsit propter concilii uniuersalis uentum: quod iam  
ordinatus didicit. Nec quod sibi factum esse doluit aliis  
fieri uoluit. Unde et litagit: ut conciliis constitueretur  
episcoporum: ab ordinatoribus deere ordinandis uel or-  
dinatis omnium statuta sacerdotum in notitiam esse  
deferenda. Atque ita factum est, et episcopus multo instantius  
ac feruentius maiore auctoritate: non adhuc in una  
tantum regione: sed ubicunque rogatus uenisset: uer-  
bum salutis eterne alacriter ac nauiter pullulante  
atque crescente domini ecclesia predicabat: paratus semper  
poscentibus reddere rationem: de fide et spe que in deo  
est. Et eius dicta atque excepta: maxime donatiste in  
eadem hypponensi uel uicina manentes ciuitate: ad  
suos episcopos deferrebant. Qui cum audissent et con-  
tra forte aliquid dicerent: aut a suis refellebantur:  
aut eadem responsa ad sanctum augustinum deferrebant.  
Ea que comperta: patienter ac leniter & ut scriptum  
est: cum timore et tremore salutem omnium hominum  
operabatur: ostendens quam nihil refellere illi uo-  
luerunt: ac ualuerunt: quanquam uerum manifes-  
tumque sit: quod ecclesie dei fides tenet ac dicit. Et  
hec diebus ac noctibus ab ecclesia uigiter agebantur.  
Nam et episcopos priuatis ad quosque eiusdem erroris episcopos  
imminentes: scilicet et laicos dedit ratione red dita  
ammonens atque exortans: ut uel ab illa se prauita-  
te corrigerent: uel certe ad disputationem ueni-  
rent. At illi cum diffidentibus: nec quedam unquam resce-  
bere uoluerunt: sed irati furiosa loquebantur: et  
atque seductorem et deceptorem animarum augustinum  
esse et priuatum et publice conclamabant. Et ut lu-  
pum occidendum esse in defensionem gregis sui  
dicebant et tractabant. Omnia peccata a deo in-  
dubitanter esse credendum posse dimitti his: quod hoc  
facere ac perficere potuissent: nec deum timentes  
nec homines erubescentes. Et ut eorum cause diffi-  
dencia cunctis innotesceret: elaborauit. Sed publi-  
cis gestis conuenti: non sunt ausi conferre: hebat